2830 [*P*]os[*t*]umo . . | Aristonis . . . | [*c*]eleustae.[1]

Foro Iulii, litteris aetatis Augusti (XII 5736 vidit Villefosse). — 1) *Supplevit Mowat bull. épigr. 5, 1885 p. 17. Apud Graecos saepius memorantur κελευσταὶ remigum (Arrian. anab. 2, 22, 9. 6, 5, 3; alibi).*

2831 M. Sabini Fadi | f. Herae, fabri de lib.[1] | Tauro rubro.

Baulis prope Misenum (X 3421 vidit Mommsen). — 1) *Liburna.*

2832 dis manib. | C. Iulio Capiton. | manipl.[1] de III Vest.[2], | vix. an. XXXV, mil. an. XVI.

Puteolis, nunc Neapoli (X 3585 vidit Mommsen). — 1) *Manipulario, vel: maniplari (cf. N. 2887. 2901. 2903).* — 2) *De triere Vesta. — Titulos classiariorum in agro Neapolitano repertos vel Neapoli adservatos oriundos esse apparet ex sepulcris classis Misenatis.*

2833 d. m. | T. Terentio Ma|ximo milex[1] | III[2] Iove, nat. Bess., | vix. ann. XL mil. an. | XX, C. Iul. Philo III[2] Mer|cur., Q. Domitius Optatus | IIII[3] Minerva, heredes, | curant. Sulpicio Prisco | option. III Iove.

Miseni rep. (Eph. ep. 8, 444 vidit Huelsen). — 1) *Fortasse* mil. ex. — 2) *Triere (trireme),* 3) *tetrere (quadrireme).*

2834 M. Antónius Rufinus | miles ex V[1] Victória, sibi | et L. Iúlio Apollinári fratri, | militi ex III[2] Diána, vixit | annis XXXVIII, mil. an. XIIX, | et libértis libertábus poste|rísque eórum.

Baiis rep. (X 3523 bis ut videtur descripta circa a. 1700). — 1) *Pentere (non frequens est mentio penterum in titulis, iisque paene omnibus nomen fuit Victoria; cf. Ferrero l'ordinamento delle armate romane [Taurin. 1878] p. 28. 30).* — 2) *Triere.*

2835 . . . [*vix. ann.*] | XXXII, mil. [*ann.*] . . . | h. b. m. f. | Antonius Lon|gus Ɔ VI Ope.[1]

In Portu Romano (XIV 232 descripsi). — 1) *Centurio hexere Ope (rara mentio hexerum in classibus Romanis, VI 3163. 3170 X 3611; his omnibus, nisi forte una eademque navis significetur, nomen fuit Ops).*

2836 dis manib. | L. Pomponio Varo | mil. ex class. pr. | Mis. 7[1] C. Tarulii | Vitalis, vixit an|nis XXXV, milit. | ann. VIIII, | C. Aeternius Ru|fus, L. Statius | Valens 7[1] eadem, | M. Musidius Pe|tra 7[1] Clementis, | hered. b. m.

Neapoli (X 3387 vidit Mommsen). — 1) *Centuriâ.*

2837 d. m. | Aureliae Fabiae | coniugi | Memmius Magnus mil. | 7 III Hercul.[1] | bene merenti fecit.

Neapoli (X 3379 vidit Mommsen). — 1) *Videtur legendum esse: miles centuria triere Hercule.*

---

archive.org